

clauastro Nyntschen dari debent in festo purificationis gloriose virginis census nomine annis singulis atque solvi, hoc tamen inserto et adiecto, quod grossos pro sex denariis recipi debet ad voluntatem et placitum dancium censum talem, sive eciam moneta predicta antiqua fuerit sive nova. Cuius discussionis seu declaracionis testes sunt Iohannes de Lup[pe], Oth. de Munen, Reynher de Gudeliez, Conradus de Brandeis, Iohannes 5 Wyman et Heinricus et alii quam plurimi fide digni. Datum anno domini m° ccc° xxvii feria secunda proxima post festum sancti Martini pontificis.

## 319.

*Wilhego, Bischof von Meißen, ertheilt den Plebanen und Viceplebanen in der Torgauer Gegend den strengen Befehl, diejenigen, welche daselbst mit der Entrichtung des Zehnten und des Meßkorns an 10 das Kloster Nimbchen in Rückstand geblieben wären, an die Ablieferung zu mahnen, und bedroht die säumigen Zinsleute mit dem Banne.*  
Grimma, 1335 Mai 17.

*Hilsch.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2687. Das am Rande beschädigte S. des Bischofs (Cod. dipl. Sax. II, 1, Taf. II, 9) an einem durch Lostrennung des unteren Randes der Urk. gebildeten Pergamentstreifen.*  
*Gebr.: Husche Magazin 6, 720 f.*  
*Ann.: Vergl. No. 331 sowie zu No. 257.*

15

Withego dei gracia episcopus ecclesie Misnensis universis et singulis plebanis et viceplebanis sue diocesis |, ad quos pervenerit presens scriptum, salutem in domino. Conqueste sunt nobis devote et religio|se domine domina . . abbatissa filia nostre sororis et ipsius conventus sanctimonialium in Nymtschen, | quod decime decimaciones et annona 20 missalis ipsarum prope Turgowe site hucusque satis negli[g]enter et eciam defectu cum maximo sint solute eisdem asserentes cum hoc, quod ex vobis quidam nostras sentencias per nos latas in illos, qui decimas decimaciones huiusmodi non solvunt, non ea, qua concedet, diligencia exequantur. Vobis igitur et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis ingressus ecclesie iam late sentencie districtissime precipimus et 25 mandamus, quatenus statim visis presentibus ad requisicionem . . exhibitoris presentium omnes et singulos debitores decime decimacionis seu annone missalis, de quibus premititur, quosque predictus . . exhibitor vobis nominaverit, quos eciam scitis, in specie, quos vero ignoratis, in genere peremptorie moneatis, quos et nos monemus presentibus, ut infra quindenam a tempore vestre monicionis decimas decimaciones et annonas missales pre- 30 dictas solvant sanctimonialibus prefatis aut ipsarum procuratoribus, alioquin ipsos et ipsorum quemlibet, quem et quos extunc prout ex nunc excommunicamus et excommunicavimus in nomine domini in hiis scriptis, sine recepcione mandati alterius excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis publice nuncietis, quousque absolucionis beneficium meruerint obtinere. Et sciatis, quod super promocione et exequuacione mandati huiusmodi 35 experiri studebimus, et, si quempiam negli[g]entem seu rebellem invenerimus, ipse nostram correccionem nullatenus evitabit. Datum Grimmis anno domini m° ccc° xxxv° quarta feria post cantate.